



1757.

1. Stepinus, Aug. Jo. Dan: De charactere tragae et tragographi
2. Eschenbach, Jakobus Christus et Select. Theses: Maxime
Inn non esse machinam.
3. Mantzel, Em. Jo. Frile: De visitatione ecclesiastica
yisque necessitate cum ecclesis his l. ch. j'uris ecclesie
4. Pelle, Jakobus Nicol. et Schmering, W. G. F.: De delictis
civilibus felonine speciebus.

1752.

1. Stepinus, Franc. Nataz. Theod: Demonstrationes qua-
rumdam regulationibus Magistratus competenterum
proprietatum.
2. Ballek, Jacobus Hermans: Nonnulla quaedam de
communione bonorum a conjugi superstitio
cum libris continuata.
3. Ballek, Jacobus Hermans: Assertiones quaedam
circa sucessionem in bona absentis
4. Beckerus, Hermann: De facultate alienandi persona
vasuum licet auctuon.

1752.

5. Beckerus, Horn: De valore fiduciamissorum ^{Item}
ultima voluntate quam per conventionem constitutorum.

6. Eschenbach, Johann Christ: Idea g'mus fundamento
Destitutus.

7. Hankele, Ernst. Fr. Ried, fcc. j'ur. Decanus: N. deido
Magdeburgensis reterum statutorum: „Wer die W. zog.
sind und heissen? Programme, quo solennis docto.
salia davoris Christiani Richter indicat.

8. Hankele, Ernst. Fr. Ried: Assertiones quae iam circa provoca.
tionem creditorum et demonstrandam bonorum sufficientiam

9. Hankele, Ernst. Fr. Ried: De jure patronatus, ad creditoris
et praeditorum, sub herba entores, non haucunte.

10. Hankele, Ernst. Fr. Ried: Nomilla . . . j'uris universalis
et Germaniae: Le concursus creditorum

11. Pile, Janus Nicolaus, prorector acad.: De criminibus blas.
phemiarum in sanctos angelos commissio. Programme, quo
festi Michaelis p'iam . . . celebracionem commendat.

1752.

12. Pele, Fr. Nicol: De oneris feudalis servitiorum multo-
parium aestimatione, in deque plente subdiania
vassalorum militum domino directo debita præstatione
13. Ried, Isach. Henr: Quo rurum alteritas dei fina
est uocem tuam?

1753

1. Beckenus, Hermann: Separatio liberorum
a parente superstite secundum D'positionem j'acis
statutariorum Hamburgensis iustificativa et invalida de
factae exemplum.
2. Mantzel, Irm. Jo. Fried: De probalione per testes
in fideicommisso nuncupativo, minus solenni, fixa-
ta 1. fra. P. de fidei. nulla.

1754.

1. Beckenus, Hermann: Condicio impossibilis non
indistincte pro non scripta habenda ad § 10 farto.
de haered. instit.
2. Eichenbach, Johanes Christianus: Anima non corpore notion.

1754.

3. Mantzel, Em. Jo. Fr. d.: De fundo anonymus siue
ex specie latia inde terminata . . .

4. Mantzel, Em. Jo. Fr. d.: De sexu masculino femi-
niu[m] tutelari

5. Mantzel, Em. Jo. Fr. d.: De operis publicis, specia[re] in
de ergasterio provincialibus, commode ados natiu[m]

6. Mantzel, Em. Jo. Fr. d.: De jure praesentandi . . .

7. Mantzel, Em. Jo. Fr. d.: De gradibus honorificis

8. Mantzel, Em. Jo. Fr. d.: De videlicet uxore tuba
cenni, per cessionem illatorum, se magne futu-
ra bona salvante . . .

si ve

emus

a Trin

an I

50714

ube

la he

18

P 540

15. SPECIMEN ACADEMICVM,

F. 9. num. 13.

QVO

DE FACVLTATE ALIENANDI
FEVDA VASALLIS
LICITA AVT NON
DISSERIT

8

1752, 4.

AUXILIANTE DEO TER OPTIMO TER QVE MAXIMO,
RECTORE,

ACADEMIÆ MECKLENBURGICÆ,
MAGNIFICENTISSIMO,

SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

DOMINO FRIDERICO,

DVCE AC PRINCIPE
HEREDITARIO MECKLENBURGICO,
PRINCIPÆ VANDALORVM, SVERINI ET RAZEBVRGI,
CQMITE ITEM SVERINensi,
TERRARVM ROSTOCHII ET STARGARDIAE

DOMINO,

PRINCIPE AC DOMINO
NOSTRO LONGE CLEMENTISSIMO,

CONSENTIENTE ICTORVM ORDINE
PRAESIDE

VIRO CONSULTISSIMO, EXCELLENTISSIMO
DOMINO HERMANNO BECKERO

I. V. D. PROF. PVBL. ORD.

ILLVSTRIS FACVLTATIS IVRIDICAE P. T. DECANO

DIE XIV. IVNII MDCCCLII.

H. L. Q. C.

ERVDITORVM EXAMINI SUBJICET
LVDOLPHVS PHILIPPVS MECKLENBURG,

BOITZENBURGO MEGAPOLITANVS

I. U. C.



ROSTOCHII,
TYPIS I. I. ADLERİ, SEREN, DV CIS AVL. & ACAD. TYPOG.

21. - 44. 5
SIEGEIMON ACADMICAN
640
SIEGE LEYDENIANA ALBANIANA
ERADA VAGALIS
LICITAT ATION

DIESSEIT

ALBANIENSIS DEDICATI SICILIA MAMMIKOM

REUTER

A SON ALTESSE SERENISSIME
MONSIEIGNEVR
CHRETIEN LOVIS

DVC REGNANT
DE MECKLENBOVRG,
DVC ET PRINCE DES VANDALES,
DE SVERIN ET DE RACEBOVRG,
COMTE DE SVERIN,
SEIGNEVR DES TERRES
DE ROSTOQVE
ET DE STARGARDE,
ETC. ETC. ETC.

MONSEIGNEVR

MONSEIGNEVR
CHRISTIEN LOUIS
D'ESPAGNE
D'ANNECY ENBONTE
DU T. PRINCE DES AUBERGES
DE SAINT-DIE RAVAGE
COMTE DE SAVERNIER

Malgré les critiques reprochantes aux quelles s'exposent les dedicaces, quelque autorisées qu'elles soient par des conjonctures assez singulieres, j'ose dans la dernière soumission & du plus profond respect me prosterner aux pieds de VOTRE ALTESSE SERENISSIME & LV dedier cet ouvrage. Tout p'tit qu'il est

est, MONSEIGNEVR, & peut-être indigne d'avoir à la tête VOTRE NOM très auguste, toute fois une temérité de cette nature n'a jamvis couru risque d'être mal-receu, ou trop severement censée. De quels regards gracieux VOTRE ALTESSE SERENISSIME n'a-t- Elle pas agréé tant de petits essais de mes concitoyens, qu'ils se sont presquelicenciés à LVI vouer, afin de LVI rendre en même temps compte tant soit peu exact de leurs études. Je ne conte, MONSEIGNEVR, que sur la plus juste & très vive ardeur dont je me sens emu & intentionné à faire éclater en particulier la plus profonde vénération la quelle en général est due au vrai & plus que vrai AVGUSTE de ma Patrie, au Protecteur le plus liberal de SON academie. Pourrois-je y être porté par une plus favorable occasion que par l'offerte de ces prémisses des veilles que m'a conseillé & conseillera dans la suite cette envie attrayante de ne pas être indigne des avantages que VOTRE ALTESSSE SERENISSIME a la Grace d'accorder aux gens de lettres & principalement aux citoyens de SON Academie. Celle-ci, élevée par le plus Sage & le plus Gracieux des Princes au plus haut degré de tout bonheur envié, sollicité à l'envi avec toute la Patrie le bon Dieu d'accorder à VOTRE ALTESSSE SERE.

RENISSIME le comble de ses graces, le regne le plus paisible et la suite d'années la plus avancée, remplie de toutes les sortes de prospérités imaginables : aux quels voeux très sincères, soit de l' Academie comme à présent en particulier, soit de toute la Patrie, comme en général toujours & dans quel état que le destin me fasse entrer, je ne cesserai jamais d'ajouter les miens & d'être avec le plus parfait dévouement & zèle & respect

**MONSEIGNEVR
DE VOTRE ALTESSE SERENISSIME**

à Rostoque
le 12. de luin. l'an 1752.

le très humble, très fidèle et très obéissant
sujet et serviteur
EVDOLPHE PHILIPPE MECKLENBOVRG



INGRESSVS.

Inter varias selectissimas theses, quas Vir Conul-tissimus & Excellentissimus, Praeses meus gra-uissimus mihi ad disquirendum suppeditauit, ar-risit mihi praeципue illa, quae materiam in praxi quotidie obuenientem, quid scil.: juris effet circa alienationem feudorum & priorum & improprio-rum, præbebat. Animus enim cum mihi effet, an-tequam redirem patriam, dissertationem quandam conscribendi eamque defendendi, simul etiam ad ma-teriam quandam eligendam eamque elaborandam quae etiam patriæ concernebat forā hodierna, ani-mum adjiciebam. Neminem enim, qui solummodo aliquo modo juris patrii est gnarus, fugit, quaenam sint Ictorum priorum communes fere sententiae de variis alienationum feudorum speciebus yafallis pro-

A

uin-

OVRE



uinciae nostrae & sine consensu domini & agnatorum licitis ; quas ex natura feudorum Megapolitanorum, quippe quae sunt mixtum hereditaria, deducere student. Sententiam suam etiam in ipsis legibus provincialibus confirmatam , deprehendere putant. Sed tamen non possum, quin de uniuersali harum opinionum veritate dubitem. Argumenta ex ipsis legibus & praxi inferius allata, ex meo quidem, quod iudico, quam sit exiguum, judicio contrarium saepenumero probabunt. Fatoeque equidem, materiam isthanc admodum arduam hisce paucis paginis non esse satis enodatam , sed contentus sum paucis , quae potiora suppeditant. Tempore enim exclusus , studiis occupatus , penuria laborans librorum , & quod maximum , viribus destitutus tali materia dignis ulteriorem disquisitionem hujus materiae instituere non valui. Ex primis principiis, quantum potui, argumenta deduxi , multa tamen ex sententia non esse elaborata lubentissime concedo. Sed considerans illud: qui nunquam male, nunquam bene , quin etiam hoc specimen publici juris faciam, nullus dubitaui , cum primum specimen a lectoribus benevolis tam acute argueque diiudicari non soleat; Sufficiat itaque hocce ad exercitium academicum id- que primum, mutet , addat, quae placebunt , unusquisque,

SECTIO

SECTIO I.

Sistens principia quaedam uniuersi, feudorum
naturam eorumque diuisiones, quae
in hoc specimine evolvuntur.

§. I.

Tribuimus alicui dominium, si ius proprium de-
re pro suo arbitrio disponendi ei competit. **Quis sic**
Sicuti autem proprium ius dicitur, quod ita alicui
competit, ut eodem modo alteri non competit: Ita
& ad iura in dominio contenta referuntur, 1) proprie-
tas 2) ususfructus, si scil. tanquam jus cum reliquis
juribus in dominio contentis connexum considera-
tus & 3) ius possidendi. Istis qui gaudet juribus,
dominus vocatur plenus. Dominus itaque plenus
omnibus in dominio contentis juribus perficitur,
hinc & quoad proprietatem, & fructuum perceptio-
nem & detentionem rei simul ei liberum competit
disponendi arbitrium. Plenam enim proprietatem,
plenum dominium, plenumque jus sibi jure arrogare
potest.

§. II.

Cum vero jus Domini pleni tanquam propri-
tarii in re propria non est restrictum, nec effectus pro arbi-
domini sint restricti est necesse. Cuicunque vero trio dispo-
competit dominium plenum, & proprietas & ius pro nendi com-
arbitrio disponendi, (§. I.) illi etiam ex natura domi-
nii talis re quadam utendi, fruendi, abutendi immo-
tas,

A 2

&



& alienandi facultas competit. Nihil enim aequitati naturali magis est conueniens, quam voluntatem Domini, rem suam in alterum transferre volentis, ratam haberi (A) & quisque rei suae moderator est & arbiter (B). Cum vero per alienationem transferatur dominium in alterum, hinc Dominus plenus quocunque modo dominium in alterum transferre valet, istud itaque donandi, vendendi, oppignorandi, & quæ his sunt similia, jus competit, nec alterius requirere consensum illi incumbit.

§. III.

modo do-
minium
non sit re-
strictum.

Vt vero naturales isti effectus in § pho antecedenti recensiti dominii jura sint, necesse est, ut istud plene sit acquisitum, nec ex modo qui acquisitionem concomitatur, restrictum. (C) cum facultas realis alicui concessa & in rei qualitate nitatur, & ex ipso modo acquisitionis unicum suum habeat fundatum. Notum est enim quam quod notissimum, & legem, & testamentum, quod aequa vim legis habet, & pactum, quod legem dat contractui, dominii ponere posse limites. Sic enim iure Lubec. (D) bona hereditaria alienari nequeunt libere; sic testamentum omnibus solennitatibus confectum, sine ratione infirmari nequit. Sic etiam pactum, modo non contra leges impingat, a pacientium arbitrio dependens, ipsis legem constituit.

§. IV.

- (A) §. 40. I. de A. R. D.
- (B) L. 21. C. mandati.
- (C) Schaumburgii compendium juris digest. L. 41, tit. I. §. 3.
- (D) L. 1, tit. 10, art. 6.



V

§. IV.

Sed animus mihi non est de dominio in genere differendi, sed potius materiam quandam iuris feu-
dalium, quatenus scilicet Vasallis de feudo disponendi, & praecipue illud alienandi jus competit, peruestigandi, Quidnam
in hac dis-
sert. per-
tractatur.

Mitto itaque generalia de dominio, & L. B. in hac materia remittimus ad dissert. Hausmannianam sub praefidio Celeberr. Carmonii Antecess. hujus Aliae olim famigeratiss. habitam, quae principia quaedam doctrinae de dominio fistit. Praemissa solum praemittere debui, ut eo magis, ius istud Vasallis non esse iure adscribendum, ostendere possim. Et legalis dispositio et natura tam feudorum quam Vasallorum assertum meum satis confirmabit. Brevibus itaque feudorum naturam eorumque diuisiones quatenus praetens pertractatio hoc exigit, adducere, & ex eo, alienationem feudorum regulariter & iure communi & patrio esse illicitam, demonstrare elaborabo. Simil tamen etiam exceptiones, quae feudorum alienationem validam constituunt, non praeteribo. Si-
cut etiam ostendam, haud deesse feuda, quae licet dominium tantum utile Vasallis in ipsis competit, modo limites, ad quos jus circa isthaec restrictum, obseruentur, a Vasallis licite alienari possunt,

§. V.

Originem feudorum defectui argenti & militari-
tum meceniorum esse adscribendam, maximi-
minis feudistae defendunt, quod neminem, nisi lu-
risprudentiae feudalium plane sit hospes, latebit. Pro-
uocant enim ad statum primo sub initio democrati-

Orig.
feud.

A 3 cum,



cum, quem colebant Germani, praesertim Francorum natio, cui introductionem feudorum non sine ratione tribuunt. (E) Postea tractu temporis Regibus & Principibus delatam esse summam potestatem, progrediuntur illi Autores. Cum vero continuum vicinorum contra vicinos fuisse bellum, Principesque magis suafissent, quam imperassent, viam necessario excogitandam fuisse, populum sibi deuinciendi. Ad milites hinc hunc in finem sustentandos ulterius prouocant, quibus ut, quia militia illa equestris non sine sumtu erat, deficiente pecunia, certa quaedam praedia, unde sumtus necessarios, unde vietum, unde amictum sumerent, adsignarentur, consultum visum sit Principibus. Qui tamen Principes cum fide subiectionis haud contenti, milites hosce suos ad eos eo magis deuinciendo sub nexu feudali sumere satius putabant. (F) In omnia alia quoad occasionem feudorum ire videtur celeber: Schaumburg (g) et distingendo finem feudorum suaforium a Iustificatorio illum unicum dicit, & sine respectu ad militiam in arcano politico se suaque tuendi contra alios, suam praerogatiuam augendi, & auctam conservandi ponit, hunc autem ex arbitria inter Dominum & Vasallum conuentione varium fuisse, pro-

(E) Thomas de orig. feud, Hertius de feudis oblatis P. I, th. 2.

(F) Burius ad Schilteri Inst. jur. feud. & Titius im teutschen Lehn-Recht c. I, §. 20.

(G) In disi. de fine fidelitatis Vasallitiae suaforio unico iustificatorio autem ex conuentione inter Dominum & Vasallum arbitraria diuerso,



probare contendit. Nec sine ratione hancce sententiam esse exinde iudico, quia finis feudorum in eo pro basi positus ad omnia omnino genera feudorum, tam maiorum, quam minorum, tam datorum, quam oblatorum eodem modo quadrat, & cum dictis historicorum & antiquitatum scriptorum facili negotio conciliari potest.

SCHOL. Controversiam nostro scopo haud conuenientem, quo tempore feuda sint orta, nostram non facimus. Dantur quidam, qui originem a tempore diluvii, dantur, qui eam ex Iure Patronatus Romanorum, dantur, qui eam certae eidam genti attribuere contendunt. Francis vero istam esse adscribendam, mea quidem sententia satis demonstrarunt allati Autores.

§. VI.

Non meum est, has diuersas Doctorum opiniones de feudorum origine diiudicare. Placet & una, placet & altera, & pro meo scopo placeat & aliis, quaenam velit. Sufficiet mihi pro praesenti, quod utraque DD. sententia in eo conueniat, respectu Do- minorum feudorum finem fuisse securitatem. Iste enim verentes, ne praerogatiis & imperiis acquisitis, ne dominatu priuarentur, benemeritis suis militibus certa quaedam praedia, ut officia praefarente militaria fideliter, sub nexu mutuae fidelitatis concedebant. Eundem finem etiam intenderunt Possessores allodiales oblatione allodiorum suorum in feudum. Diffidationes enim publicae, conseruatio familiarum, & fauor religionis (H) motiva erant Possessoribus allo-

(H) Burius cit, p. 365.



allodialibus, sub fide Protectionis & patrocinii, ne bellis opprimerentur ciuilibus , allodia sua in feudum offerendi Dominis potentioribus. Iure enim manuario apud Germanos valente, quisque verebatur, ne praedium suum amitteret , malum igitur minus majori praeferre , studebat unusquisque. (I)

§. VII.

Consecta. Cum itaque ad parta tuenda ob defectum tamen pecuniae obtainentem feuda sint introducta, pro quibus concessis in compensationem officia iterum praestabantur, & fidelitas, sicuti §§. antecedentes docent, sequitur, quod etiam ille, cui tale feudum erat concessum , officia alias imperfecta , iam ut perfecta praestare teneretur. Vasallus enim fidem feudalem promisit, Dominus protectionem, quod per pactum, in quo iura & obligationes & Domini & Vasallorum sanciebantur, est stabilitum, & sub denominatione inuestiturae plerumque venit. Dabantur tantum ad usum durante vita, cui consequens est, Vasallo merum vsumfructum, & nequidem dominium vtile esse concessum , quapropter feuda olim non erant hereditaria. Dabantur ad sustentationem tantum, & Dominus dominium sibi referuans directum praedium in feudum datum pro lubitu reuocare poterat. (K)

§. VIII.

**Quae tam
en max-
ma ex par-
te mutata,** Vsus feudorum semper continuatus & ad nostra vsque tempora mansit receptus, Quam paruis au- tem

(I) Rosenthal de feudis c. 2. concl. 24. pr. & C. 6. concl. 68, n. 17.

(K) I, F, I₂

tem ex initis incrementum acceperunt feuda, allatus textus feudalis pluribus docet. Omnia fere hodie sunt mutata, & Dominus absque ratione sufficienti feuda reuocare, & descendantium masculorum successionem impedire nequit. Inuestitura enim, qua hodie, (pro contractu scil. sumta feudali) plerunque acquiruntur feuda, modis acquirendi dominium vtile recte annumeratur. (L) Dominum operatur jus reale, hinc etiam inuestituras in re tribuit, quod confirmant consuetudines feudorum. (M)

§. IX.

Hinc fluit, feuda facta esse hereditaria, liberio- Continua- remque dispositionem Vasallis in dies esse concessam.
Quo vero tempore facta sint hereditaria, & Vasallis dominium vtile sit concessum, certo dici nequit. The- ganius (N) tempore Ludouici Pii feuda facta esse he-reditaria afferens, sicce inquit: „in tantum largus, „vt antea neque in antiquis libris, nec in modernis „temporibus auditum est, vt villas regias, quae erant „sui & avi & tritaui, fidelibus suis tradidit in posses- siones sempiternas.“ Praesumendum itaque est, do- minium vtile tum temporis Vasallis esse concessum

§. X.

Adduximus §. I. quid sit dominium & quidem plenum. Adduximus ad dominium plenum requiri, dominium B

ut minus ple-

num eius-

(L) 1. F. 20. & 25. 2. F. 1. in f. Schilter de nat. successi. que spe- feud.

(M) 2. F. 8. §. Rei autem. Struvii syntagma jur. feud. c. 8. aph. 3.

(N) De rebus gestis Ludouici Pii L. 2. c. 19.



vt omnia jura in dominio contenta competere debent. Hinc immediate sequitur, qui ea non omnia habet, illi dominium non plenum tantum competit, quod ICtis audit dominium minus plenum. Ex hoc duas praeter ceteras nobis praecipue concipere possumus diuersas species. Frui enim quis potest quibusdam iuribus proprietatis, nullis vero iuribus vſusfructus, & detentionis; vel quibusdam iuribus proprietatis, omnibus vero iuribus vſusfructus, & detentionis. Prius vocatur dominium directum, posterius dominium vtile.

§. XI.

Notio feudi. En igitur essentialia feudi, ex quibus facile iam istius notionem deducere possumus. Adduximus: feuda ita concedi, vt Domino maneat dominium directum; vtile vero transferatur ad Vasallum: huncque ad fidelitatem domino praefandam teneri (§. VII.) dominumque iterum Vasallo fidem in patrocinio protectioneque consistentem promittere. (§. cit.) Hinc prono fuit alueo, feudum esse dominium vtile sub nexu mutuae fidelitatis alicui concessum.

§. XII.

**Quid es-
sentialia,
natur. &
accid.** Iam essentialia, naturalia & accidentalia ab in- uicem sunt separanda, vt eo melius diuisiones quasdam feudorum scopo nostro vtiles eliciamus. *Essentialia* vocantur, quae ipsam feudi naturam & formam constituant, & sine quibus nullum feudum concipi potest. (O) Quo refertur I, Dominum directum

(O) Struv, Syntagma Iur. Feud. c. 2. aph. 4.



rectum et utile. II. promissio fidelitatis feudalis. III. promissio fidei & protectionis dominicae.

Naturalia sunt, quae ex praescripto legum & consuetudinum feudalium regulariter feudo inesse solent, salua tamen essentia pactis mutari possunt. (P) quo refertur praestatio iuramenti, fidelitatis feudalis, alienationis liberae denegatio, seruitiorum præstatio &cetera.

Accidentalia sunt, quae per conventionem domini & Vasalli feudo adiecta, feudi naturam vel auctoritatem vel minuentia. e. g. seruitiorum remissio. (Q)

§. XIII.

Essentialia constituunt formam & naturam feudi, quae salua essentia abesse nequeunt. (§ praec.) sublata enim essentia, quaedam tolluntur affectiones, (R) qui itaque ad ista prouocat, ea probare non tentatur. Naturalia regulariter presumuntur, presumuntur itaque iuris liberat a probatione; per pacta tamen mutari possunt. (v. §. præc.) hinc admittitur probatio in contrarium. Accidentalia dependent a pacto, quod factum presupponit; facta secundum regulas Logices sunt probanda, qui itaque in illis se fundat, illi ea probandi incumbit necessitas. (S)

Eorum
natura,

§. XIV.

Naturalia sunt, quae ex lege vel consuetudine feudo inesse presumuntur, salua tamen essentia proprio & B 2 eto improprio.

(P) Möller vslus praef. Dist. feud. c. 2. D. I.

(Q) Struv. c. l. aph. 9.

(R) Baumgart, Metaph. §. 45.

(S) Möller c. l.



eo mutari possunt. §. XII.) Hinc ista per pactum adiectum vel mutantur vel non: Si prius, *feudum vocatur proprium*, si posterius, *feudum dicitur improprium*. Quo magis itaque naturalia mutantur, eo maior est improprietas. In partis feudi improprii, uti in omnibus negotiis specialibus, quae a iure communis recedunt, strictissima sive restrictiva obtinet interpretatione. (T) Hinc *feudum* in aliqua parte improprium, in altera naturam *feudorum* retinet communem, per consequens ab una exceptione ad alteram non valet argumentum, sed semper inhaerendum regulae de communi *feudorum* natura, donec singulare exceptiones, de quibus oritur controv ersia, demonstrentur. Hinc quia naturalia feudi illud reddunt proprium, sequitur quoque, *feuda* in dubio praesumentia propria, nunquam impropria.

SCHOLION. Diu sio isthaec adducta magnam comparat utilitatem in praesenti nostro scopo. Controversia circa naturam & qualitatem feudi proprii ex lege & consuetudine est diiudicanda, feudi impropri controversia mere ex pacto contracto & litteris inuenitur. Sicce etiam de interpretatione in §pho adducta in sequentibus magnum ostendent usum.

§. XV.

Applicatio Feuda nostra Megapolitana esse impropria omnes omnino Icti patrii vnanimiter fere assentunt. Prouocant ad probationem asserti ad ius ususfructus virginis nobili deficientibus masculis competens & quae sunt alia, Prouocant porro ad istud quod feuda nostra

(T) Inter alios DD. conferri meretur saepe citatus Möllerius l. c.

nostra Megapolitana debitis etiam allodialibus in sub-
sidium sint obnoxia, (U) Sed nisi me omnia fallant for-
sit, in meram redit logornachiam omnis quaestio
de proprietate & improprietate feudorum Megapo-
lensium, nisi quis in decidenda hac quaestione di-
stinctionem adhibere velit. Quaeritur enim collato
conceptu \S pho praec. adlato vel de proprietate feu-
dorum secundum LL. & consuetudines prouinciales,
vel secundum ius feudale commune. Illo in sensu
feuda Megapolentia propria vocare per \S phum praec.
nullus dubito, ita, vt qui in hoc vel illo feudo no-
strae prouinciae aliquid vrget contra LL. & con-
suetudines prouinciales, sententiam suam probare
vtique teneatur. Hoc autem in sensu variis quidem
modis ea esse impropria, libens lubensque concedo,
ita tamen, vt vi \S phi antec. semper restrictiua ob-
tinere debeat interpretatio, & lege vel consuetudine
rite probata non obtainente, in regula juris communis
feudalis manendum sit, nec a casu ad casum conclu-
di possit.

§. XVI.

Feuda vocantur impropria, si per pactum ali-
quod adiectum naturalia quaedam mutantur. (§.
XIV.) Ad naturalia feudi refertur alienationis li-
berae denegatio. Facultate itaque alienandi concessa,
oritur feendum improprium quod vocatur aliena-
bile (X). Concessio ista est strictissimae interpreta-
tionis

B 3

*Quid feu-
dum sit alie-
nable,*

(U) Tornov. P. I. p. 126. & 166. Engelbrecht de singul.
iur. feud. Megap., S. II, §. 6. seqq.

(X) II, F. 48;



nis. Itaque in reliquis communem feudorum naturam retinet. Num talia pacta sint licita, et utrum essentialia feudi maneant, conferri meretur Thomasius. (Y)

§. XVII.

Quid sit
feudum ex
pacto & in eo sit receptum, vocatur, ex pacto & providen-
tia tale (Z) in quo vero & ratione facultatis disponen-
le, mixtum di & succedendi natura allodiorum, reliquis capit-
& mere bus feudi saluis, obtinet, feudum vocatur heredita-
rium, (AA), quod certo respectu naturam allodii
habet, vel ratione successionis, tam quoad personas
succedentes, modum succedendi, quam ratione facul-
tatis disponendi simul, vocatur feudum mere & ab-
solute hereditarium; vel ratione modi succedendi &
personarum succedentium, reliquis capitibus vero or-
diniam naturam feudorum retinet, vocatur feu-
dum simpliciter hereditarium; vel solummodo quoad
modum succedendi, reliquis capitibus feudi retentis,
& vocatur feudum mixtum hereditarium. (BB) Quae
feaща cum sint impropria, restrictive sunt explican-
da. Feudi essentialia tamen huic feudo insunt, hinc
non pro mero allodio habetur. Aliud enim est feu-
dum concedere hereditarium, aliud vero feudum
transmutare in allodium. (CC). In dubio, si de-
qua-

(Y) De feudo alienabili §. 14. 15. (Z) II. F. 45.

(AA) Confer, Möller, cit. c. IV. D. 14.

(BB) Müller c. I, Dist. 15. Rosenthal de feudis c. II, concl. 23.

(CC) Horn Iurispr. feud. c. IV. §. 41.

qualitate feudi oritur controuersia, praesumitur feudum ex prouidentia tale, quia naturalia semper prae-
sumuntur, pactum vero est probandum. (DD) Si
vero constat, feudum esse hereditarium, non vero
ad quam feudi hereditarii speciem sit referendum,
semper pro minori specie praefumto valet.

§. XVIII.

Regulariter agnati ob ius quaesitum illis com- Applica-
petens, primo acquirenti succedentes facta anteces-
foris praestare non tenentur (per notoria) (EE). In tio ad pa-
feudis mixtum hereditariis modus succedendi muta-
tur, & successio defertur titulo vniuersali ex jure he-
reditario per ultimum defunctum transmissio. (FF)
Cum vero successor vniuersalis facta praestare tene-
tur antecessoris, in patria nostra & agnatos debita
allodialia ab ultimo posseffore contracta in subsidium
ex feudo solui teneri est sancitum. (GG) Hinc se-
quitur, feuda nostra Megapolitana naturam mixtum
hereditariorum habere. Cum vero isthaec naturam
impropriorum feudorum assumant, interpretatio
restrictiua adhibeatur est necesse, ita vt in ceteris re-
tineant naturam feudorum communem. Nisi tor-
itan litterae inuestiturae, aut pactum inter Domi-
num & Vasallum initum aliud quoddam determi-
nent, vnde ad utrumque fundamentum decidendi
adla-

(DD) Cothmann Vol. 3. R. 21. n. 14. & R. 36. n. 61.
(EE) 2. F. 45.

(FF) Struu. syntagma iur. feud. c. 14. aph. 2.

(GG) v. Lands-Reueri, de 1621. §. 27. & 31. Cothmann
V. 3. R. 18. 47.



adlatum respici solet in decidenda hac de re contro-
uersia in respectu ad certum quoddam determina-
tum feudum.

§. XIX.

Quid seu: Feudum acquiritur per inuestitaram, quod vel
dum no- Vasallus praesens Possessor ipse per inuestitaram ac-
num & an- quisuit, & feudum dicitur nouum, vel in praesentem ac-
tiquum, vel possessorem per successionem est deuolutum, & voca-
iure, vel tur antiquum. In novo Feudo Vasallo ius competit
lege, vel in feudo ex proprio pacto, & ius succedendi solis com-
petit descendantibus, in antiquis vero ius succedendi
tanquam iam quae situm agnatis competit ex pacto
primi acquirentis (per defin.) quod etiam leges feu-
dales corroborant. (HH) Feudum antiquum est vel
reuera tale, quod per successionem in aliquem deuolu-
uitur, vel reuera est nouum, quod tamen per con-
tractum inter Dominum & primum acquirentem
stabilitum naturam feudi antiqui accepit, vel nouum
quidem est, tamen ob legem quandam prouincialem
naturam feudi antiqui obtinuit. Primum vocatur
feudum antiquum natura tale, secundum antiquum
pacto tale, tertium lege siue iure antiquum.
De posteriori v. exemplum in Megapoli de feudo ti-
tulo oneroso acquisito.

SCHOLION. Conceptum Spho adductum ex feudo
antiquo sensu generaliori assumpsimus, cum nos non
fugit, diuersas etiam species feudorum antiquorum
concipi posse & iure communi et patrio. Vide de po-
sterioribus speciebus D. Balecken tract. von den Ge-
rechtsamen der Durchl. Mecklenb. Landes-Herren wegen
des

(HH) 2, F. 3. pr. 2, F. II. 45, 52.

des Eröffnungs-Falls in ihren Landsägigen Lehen. Resstant quidem adhuc divisiones quaedam feudorum, quae in medium essent proferendae. Quo imprimis retero differentias inter feuda data & oblata: sed eo lubentius istam praetereo, quo certius est differentiationem istam nullum fere ostendere vsum. Num feuda nostra patria sint oblata an data, aliis disquirere relinquo, cum feudorum originem conscribendi mihi non sit animus. Ea data asserit Tornov. P. I. c. 1. §. 6. & 10. Autor editionis secundae der Klüverschen Beschreibung des Herzogthums Mecklenburgs P. I. c. 37. oblata vero ea defendit Engelbrecht de sing. iur. feud. Mecklenb. S. II. p. 28. quam controversiam meam non facio, cum feudorum, oblatorum pinguior non est conditio, & semper pro ordinaria feudorum natura praelumtio valet. Conf. Möller cit. IV. Dist. 12. p. 144. Potius nos accingimus ad iura Vasallis competentia indicanda, quatenus argumentum ad validitatem alienationis suppeditare possunt,

SECTIO II.

Iura quaedam Vasallis competentia sistit.

§. XX.

Iam ad ipsum thema pertractandum pedem mouere, et ius alienandi Vasallis non competere in medium proferre possem; sed inualiditatem huius Iuris alienandi eomagis ostendere posse statuo, si antea iura quaedam Vasallis competentia, ex quibus argumentum ad licitam alienationem desumi posset, tanquam consecaria ex dominio utili fluentia derivare

C. III. A. q. II. mot stueo



studeo et tunc ostendo, regulariter ius alienandi Vasallos sibi arrogare minime posse.

§. XXI.

Fundamentum fidelitatis concessum. (§. XI.) Dominium utile est Iurium Vasallis continentium. Dominium minus plenum partem proprietatis, usum fructum, et ius possidendi continens. (§. X.) Constituto itaque Feudo, acquiritur dominium utile. Acquisito dominio, acquiritur ius in re. (§. VIII.) Hinc constituto feudo acquiritur ius in re. Ad iura realia pertinent I. Dominium. II. Ius possidendi. III. Ius succedendi, ita tamen ut dominium, ius servitutis et pignus complectatur. (A) Acquisito itaque feudo, acquiritur dominium, ius possidendi et ius succedendi. Concesso uno connexorum, ut alterum etiam sit connexum est necesse. Qui iraque ius habet ad finem obtainendum gaudere etiam debet remediis ad finem obtainendum habilibus. Vasallo competit ius reale in feudo, hinc etiam remedia ad ius reale exercendum ei competant est necesse.

§. XXII.

Limitatio sorum. Vasallus est dominus utilis, (§. XI.) hinc agnoscit adhuc directum, qui sibi ius proprietatis in re feudali reseruavit. (§. X.) Hinc Vasalli potestas est restricta. Vasallus Domini directi utilitatem promouere tenetur, (§. IX.) hinc actibus sive contrariaibus in Domini praeiudicium tendentibus abstinere inube-

(A) Nettelbladt systema elementare universae Jurisprud. Tom. II. p. 1. Tit. 2. de dominio in genere.



iubetur Vasallus. Qui vero nullum Domino inferrunt praetudicium, Vasallo recte permittuntur. Hinc sequitur eum hosce contractus absque Domini consensu celebrare posse. In feudis antiquis ius quaeustum in feudo competit agnatis. Hinc nec in eorum praetudicium de feudo disponere potest. Vasallo itaque competit I. pars proprietatis (§. praec.) II. restricta facultas de feudo disponendi, III. Ius omnem vtilitatem ex feudo parcipiendi, (§. praec.).

§. XXIII.

Vasallus habet partem proprietatis. (§. praec.) *Iura Vasalli* consistit in dispositione de feudo, quae tam com-
men respectu Vasalli est restricta, (I. c.) per conse-
quentia, quens in dominio, quod est ius reale. Ad ius reale
pertinet ius possidendi, quod Vasallo competit. (§.
XXI. (B). Concesso fine concessa etiam presumuntur
remedia ad finem obtainendum, (§. cit.) Itaque etiam
remedia ad ius possidendi exercendum (sive ad pos-
sessionem acquirendam) concessa esse debent. Hoc
remedium vocatur rei vindicatio, (in sensu genera-
liori) hinc etiam Vasallo rei vindicatio competit, (C)
atque etiam actiones contra eum intuitu Dominii
utiles institutas assumere et exceptionibus se tueri
debet. (D) Vasallo ius competit succedendi. (§. XXI.)
Ergo etiam remedium istud prosequendi. Hinc ab
haerede possessore istud haereditatis petitione, a ter-
tio, rei vindicatione acquirere potest. Actus in
praetud-

C 2

- (B) II. F. §. (C) L, I, D. siger, v. §.
(D) II. F. 26, §. 21,



praeiudicium domini et agnatorum non tendens. Vafallo est licitus, hinc feudo seruitute non acquirere, in praeiudicium vero domini et agnatorum eam feudo imponere et acquisitam remittere non potest. Vafallo enim restricta tantum facultas competit de feudo disponendi. (E)

§. XXIV.

Continuat. Iure omnem utilitatem ex feudo percipiendi gaudet Vasallus. (§ XXIII.) Hinc omnes fructus et naturales et civiles, commoda et incrementa omniaque iura cum prima inuestitura connexa sibi arrogat. (F) Fructus ergo et utilitates ex feudo in pleno dominio sunt Vasalli, hinc iure censentur allodiali. (G) Cui competit ius ad finem, ius etiam ad media competere debent, quatenus nec leges, nec ius tertio iam quaesitum obstant. Hinc Vasallus bona feudalia durante suo feudo oppignorare, locare, (H) et quamlibet negotiationem oeconomicam ad fructus et utilitates exinde percipiendas tendentem cum iis exercere potest. Nec enim in praeiudicium Domini tendunt isti actus, nec agnitorum, quorum illa apertura facta renocat feudum, licet tempus, ad quod inita haec negotiatio, nondum sit praeterlapsum, eodem modo, sicuti hi hanc renocationem exercent, feudo per successionem ad se translato, non attento impedimento ex eiusmodi negotiatione oriundo. Ubi tamen valde notatu dignum, facultatem oppi-

gnorandi

(E) Siegel, de Vera seruitute a solo Vafallo feudo imposita.
 (F) II, F. 28. (G) II, F. 45, et 46. Mev. P. VI, D. 353*
 (H) II, F. 8, c. vlt. Fabor de iure locandi feudum,



gnorandi sine consensu domini et agnatorum solum
Vasallo esse concessum, quatenus praeiudicium do-
mini non concurrat aut agnatorum.

§. XXV.

Vasallus restricta gaudet facultate de feudo di- In specie
sponeudi, et actus in praeiudicium Domini non ten- de subin-
dentes illi sunt permitti, (§. XXII.) Atqui subinfeu- feudatione.
datio, qua Vasallus dominium utile rei feudalis sub
nexu feudal i alterum transfert, in praeiudicium
Domini non tendit. Hinc etiam subinfeudatio Va-
sallo est permissa. Minor propositio falsa quidem
esse videtur, quia est species alienationis, quae, vti
infra ostensuri sumus, illicita. Sed ratione prohibi-
tiae alienationis, scilicet praeiudicio Domini eorum-
que quorum interest, cessante, cessat etiam rationa-
tum. Dominus potius commodum inde capit, cum
Vasallus in pleno nexu feudali cum Domino manet,
et sub Vasallus ad fidelitatem et subdomino et Domi-
no superiori praefstandam est obligatus. (I). Fauo-
rabilioribus tamen conditionibus subinfeudatio fieri
nequit, quia tunc tenderet in praeiudicium Domini.
Nec agnati inde detrimentum habent, cessante enim
iure concedentis, cessat etiam ius concessum. Re-
quisita tamen subinfeudationis adsint est necesse,
quae vide apud Tornov. (K)

SCHOLION. Dissentit quidem Ester celeberrimum in
seinen klementen Schriften, P. 3. p. 728. §. 48., afferens,
C 3 Jus

(I) II. F. 3 et 26. §. 20. II. F. 55. §. 2. II. F. 34. §. 2, et Stry.
ekii exam. iur. feud. c. 19. qu. 25.

(K) P. II. p. 2



Jus subinfeudandi solis Possessoribus feudorum regalium esse adscribendum. Sed verba generalia LL. adlatarum, ut et ius feudale Saxonicum cap. 14. et ius feudale Allemannicum c. 30 contrarium docent. Nec desunt, qui Possessoribus feudorum regalium maiorum istud prorsus denegant. Ut Stryckius c. 1. qu. 26. et alii, sed solide eos refutauit Möllerus cit. c. XIX. D. XI.

§. XXVI.

de refutatione,

Ex eodem principio, §. praec. adducto, deducere possum: Vasallo ius competere feudum refutandi. Quilibet iuri suo, modo non intempestive fiat, renuntiare potest (per notoria) hinc et Vasallo iuri suo in feudo renuntiandi ius competat est necesse. Qui actus, quoniam vocatur refutatio, sicut omnia compendia iuris feudalis docent, sequitur quoque, Vasallo regulariter competere ius feudum suum refutandi. Sunt tamen et manent actus in praeiudicium Domini et agnatorum feudalium tendentes Vasallo interdicti. (§. XXII.) Hinc et refutatio non fieri debet in eorum praeiudicium, alias enim sit illicita et nulla. Merito itaque tam in respectu ad Dominum quam ad agnatos quaelibet irrita declaratur refutatio intempestive facta, siue adsit consensus Domini aut agnatorum, aut non. Immo et in refutatione tempestive facta, quoties sub conditione, et in fauorem alicuius sit refutatio, cum distinctione tamen quadam omnia sunt consideranda. Aut enim in fauorem Domini tunc sit, aut alterius cuiusdam. Ponamus, in fauorem Domini eam fieri, tunc vel aduent agnati, vel non. Illo in casu in eorum praeiudicium

dicitum nihil agi potest, quia ius succedendi ab acquirente primo habent. Hinc diutius Dominus feudum refinere nequit, quam viuente refutante, eiusque descendantibus. Hoc autem in casu simpliciter licet Vasallo, quia tunc omne praeiudicium alterius cessat. Ponamus vero etiam, refutationem fieri in fauorem alterius cuiusdam non domini. Tunc vel in fauorem fit iterum agnati feudalis, aut extra-nei cuiusdam. Illo in casu praeiudicium quidem cessat Domini, quippe qui antecedenter consensum suum iam declarauit in successionem, nisi forsitan singulares circumstantiae concurrentes aliud fraudulent, et praeiudicium speciale imminens extra omnem dubitationis aleam ponant. Sed alia potius subdistrinctio in respectu ad agnatos probe manet obser-vanda. Aut enim refutatio fit in fauorem proxime succedentis, aut illius, qui remotius ius succedendi habet. Illo in casu nec agnatorum reliquorum hac in refutatione versatur praeiudicium, ergo nec eorum consensus est necessarius. Ita tamen ut refu-tanti, altero agnato sine descendantibus mortuo, semper licita maneat reuocatio. Hoc autem casu existente, licet vasallus refutans Domini non indiget consensu, proximiores tamen agnati, refutante cum suis descendantibus mortuo, hanc refutationem impugnare possunt, nisi eorum adsit consensus. Quan-do autem denique in fauorem extranei fit refutatio, ad valorem eius et Domini et agnatorum requiritur consensus, ita ut hi, licet forsan ille consentiat, post fata abdicantis eiusque descendantium nihilominus reuocare valeant, immo adhuc eo et eius descenden-tibus.



tibus viuentibus, si intra annum forsitan eandem cum
extraneo vellent praestare conditiones.

§. XXVII.

de transact. Actus quosdam judiciales Vasallo competentes,
iam perlustrare meum erit. Vasallus est possessio ei-
que competit Dominium rei feudaloris. (§. XXII.
et XXIII.) Hinc remedia ad istud requirendum ei-
sunt concessa. Hinc intuitu feudi remedia posses-
soria adhibere, litem mouere, et litem contra eum
motam assumere potest. (§. cit.) Transaction fit de
re dubia, (per notor.) Per transactionem enim res
illi traditur, qui potius ius in ea habet, et cui alias li-
te mota per sententiam ob apparentes causas foret
adiudicarum. Sicce per transactionem de feudo
nullum infertur praejudicium et Domino et iis quo-
rum interest. Itaque Vasallo transaction de feudo est
permissa. Id quod dilucide confirmant consuetudi-
nes feudorum. (L) Textus enim allati transactionem
validam agnoscunt, licet Ignorante domino illa
sit facta. Immo, licet aliquid transactionis nomine
accepterit Vasallus, feudum tamen istud non erit, casus
enim legis supponit veram cessionem feudi, transaction
enim fit dato aliquo, modo transaction illa non sit frau-
dulenter facta, quam tamen Dominus probare tene-
tur. Nec obstat instantia a Stryckio adducta de-
sumta ab alienatione Vasallo illicita. Transfigens
enim de Feudo non voluntarie alienat, sed ei tradit,
qui potius ius in eo habet. Itaque nec Dominus di-
rectus per transactionem ius quoddam amittit, nec
agn-

(L) 2. F. 26. §. si Vasallus de beneficio, 2. F. 43.



agnati, si feudum forte foret antiquum, ob ius proprium succedendi detrimentum inde capiunt, quibus scilicet transactio Vasalli possessoris nocere nequit, nisi causa eos simul concernat, i.e. nisi transactio ex causa agnatis quoque obstante inita fuerit; tunc non tam factum Possessoris, quam ius aduersarii eos a feudo excludit. (M) Tutius igitur est consensum Domini et agnatorum requirere, (N) ne de iure posteriori, eiusque veritate illi moueatetur quaestio. Distinctio inter transactionem ad conseruationem vel amissionem Feudi vergentem legibus in hoc spha adlatit ipsis contradicit, quibus non distinguentibus, nec nostrum est distinguerere.

§. XXIX.

Ubi eadem ratio, ibi eadem dispositio. Transactio Vasallo est licita, quia Domino inde non interfertur praiejudicium, et quia res controuersa illi traditur, cui per sententiam ob iustas apparentes causas adductas foret adiudicatum. (§. praec.) Idem etiam obtinere in compromisso ex eius conceptu constat. Hinc etiam Vasallo ius compromittendi de feudo competit, est necesse. Textus enim feudalis (O) tam perspicuus est, ut quisque primo intuitu perspiciat, istum de compromisso in causa feudali esse intelligendum, quod alias superfluum esset, cum LL.

D

ciui-

(M) Struv. Syntagm. I. F. c. 12. aph. 8. n. 9. Stryk; de autoritate rei iudicatae contra tertium C. I. §. 18.

(N) Ludouici Lehnō Proces, C. II. §. ultim.

(O) P. 2. F. 34.



ciuiles de eo non dubitent, licet Stryckus (P) casum de causa feudali non explicet. Nec Rosenthali argumenta a prohibita alienatione defumta, nobis dubium mouere possunt, cum compromissum et legalis dispositio approbat, et argumenta dissentientis non sunt legitima, cum per compromissum non semper alienetur feudum, et feudi alienatio tantum est prohibita, si constat, ad quem feudum pertinet, (Q) nec iuris dictio feudalis in arbitrum transfertur, uti censet Stryckius, sed Domino solum manet. (R) Arbitrarius enim solummodo libero partium consensu adhibetur, ut arbitrio suo item dirimat, (S)

SCHOLION. Ne vero nimis praeter necessitatem sim prolixii, adductis iuribus quibusdam Vasallo competentibus, quae forte argumentum ad non prohibitam alienationem suppeditarent, tandem aliquando peruenio ad ipsum thema propositum perlustrandum. Quod quantum vires, quam sint exiguae sentio, permittant, breuiter ac solide sum demonstraturus.

(P) Exam. Iur. Feud. C. XXV, quæst. XI. et C. XIX, quæst. 22.

(Q) Ludovici Lehni Proces c. II. §. 36. Struv. Syntagma I. F. C. CXVI, aph. 8.

(R) 2. F. 15. 34. 46. (S) L. 14. C. de iudic.

SECTIO III.

Demonstrat,

quatenus feudorum alienatio Vasallo
sit licita vel non,

Brevis re-
petitio
principio; **V**asallus habet restrictam facultatem de feudo dis-
ponendi (§. XXII.) Agnoscit enim Dominum di-
rectum

§. XXIX.



rectum (§. cit.) in cuius detrimentum nihil suscipere rum hue
potest, quique partem proprietatis sibi reservauit, vsque ad-
Actus igitur in eius praeiudicium tendentes Vasallo
haud sunt permisssi. Cum vero & agnati successores
& simultanee inuestiti in feudo antiquo iuregaudent
quaesito (§. XIX.) quod nemo ipsis inuitis interuer-
tere potest, sequitur, vt actus in detrimentum &
agnatorum & simultanee inuestitorum susceptus Va-
sallo Possessori haud sit licitus. (A)

§. XXX.

Alienat rem in sensu scilicet specialiori, in quo Dominus
hic sumitur, qui efficit, vt res, quae in eius est do- plenus ali-
minio, alterius subiiciatur dominio. (B) Non ita- enare va.
que solum omnem vsum ex re alienata percipiendi, let, non va-
& de detentione eius percipiendi, sed & facultatem fallus.
de substantia rei disponendi in alterum transfert, qui
rem ipsam alienare cupit. Hinc & de vsumfructu &
detentione rei non solum, sed & de ipsa rei substan-
tia in actu alienationis certae alicuius rei disponitur,
& praesupponit ergo eiusmodi dominum, qui om-
nia jura in dominio contenta, tam proprietatis, quam
vsumfructus, quam possidendi sibi tribuere potest;
i. e. dominum plenum. Qualis vero cum non est
Vasallus in feudo, cui minus plenum solummodo
& quidem vtile competit dominium §. X. & XI.)
prono inde fluit alueo, jus alienandi feudum mini-
me gentium Vasallo esse licitum.

D 2

§. XXXI.

(A) 2. F. 8. §. I. (B) conf. grauissimi Dn. Praesidis elegans
dissert. de prodigo felici in materia de restitutione fru-
ctuum §. 4.



§. XXXI.

Quod et
natura
feudorum
indicat.

Magis adhuc veritas in ipso praeced, ventilata,
me quidem judice , perspicitur , modo feudorum
natura in se considerata perpendatur. Gaudet enim
Vasallus quidem dominio vtili in feudo, sed minime
illimitato. (§. XXII.) Sub lege fidelitatis praelatae
feudalis illud possidet , & dominum agnoscere debet
directum , qui concurrit in feudo simul cum Vasallo
ad proprietatem eius , & potestatem retinet superio-
rem , qui fidelitatem exigit , cuique ius acquirendi
feudum apertum competit , cuius itaque in praelati-
cium nihil suscipere potest. Valde & maxime li-
mitatum hinc deprehendimus Vasallorum dominium
vtile in feudo. Cum itaque ex qualitate rei , & modo
acquisitionis ius in re alicui competens semper diu-
dicandum (§. III.) facili patet negotio , Vasallo non
competere liberam de feudi proprietate dispositio-
nem , quam tamem semper facultas rem alienandi
praesupponit. Ut taceam actum alienationis neces-
sario subsequentem traditionem , quae illi solum li-
cita manet , cui libera est de re disponendi & illimi-
tata facultas. (C)

§. XXXII.

Remoue-
tur dubi-
um quod-
dam.

Nec dubium mihi hic mouere potest obiectio
exinde mota , quod tamem Vasallus de feudo , qua-
tenus suum sit , atque dominium ipsi competat vtile ,
disponere possit pro arbitrio , hinc & illud sub hac re-
strictione alienandi gaudeat facultate. Aut enim Va-
sallus feendum pro arbitrio alienans illud alienat tan-
quam feendum , aut tanquam allodium. Ponamus
hoc,

(C) §. fin. 1. quibus alienare non licet.

hoc , & aperte disponit solus de proprietate feudi,
de qua tamen disponendi facultatem solus non habet.
Nec alienatio partis proprietatis sibi competentis hic
procedit, cum iura proprietatis inter Dominum di-
rectum & Vasallum tanquam dominum utilem pro
parte indiuisa manent communia, quo in casu unus
absque altero nunquam disponit. Praeterea tollit
nexum feudalem , & Dominum priuat iuribus sibi
competentibus, quod illicitum esse Vasallo negotium
supra deducta satis iam docent. Ponamus autem
contra ea, Vasallum feudum tanquam feudum in al-
terum transferre per alienationem , ita vt ille, in
quem alienatur, priorem nexus feudalem suscipere
debeat. Tunc licet conceptus dominii utiles in se
consideratus non obstat, prohibet tamen hunc actum
limitatio dominii utiles Vasallo competentis ex na-
tura feudi, nexus feudal, fidelitatis Domino pra-
stantae , & ex praeiudicio Domini directi conexo
profluens. Nec distinctionem Iudico necessariam
inter alienationem feudi sive fundi feudal, des Lehns
Gutes , & feudi, des Lehns selber. Vtramque enim
alienationem Vasallo prohibitam esse docent iam,
quod satis est, principia supra adducta , & ultimae
speciei prohibitio per naturam pacti conditionalis in-
ter Dominum & Vasallum initi per se iam patet,

§. XXXIII.

Prohibitam Vasallo dixi in antecedentibus alie- Alienatio
nationem, quia in Domini tendit praeiudicium , & feudorum
actus in eius praeiudicium tendens, Vasallo est illi. tendit in
citus. (§. XXII.) Operae hinc pretium duco breui- praejudi-
bus hac de materia vterius mentem meam explicare, cium domi-
ni directi,

D 3

Per



Per alienationem enim feudi istud in alterum transfertur. (§. XXX.) Seruitia hinc ex eo Vasallus in posterum Domino praestare nequit, ad quae tamen praestanda obligatus est per nexum feudalem suscep-
tum. (E) Immo alterum Domino inuito obtrudit Vasallum, quod nec nexus feudalis semei suscep-
tus, nec natura contractus feudalis, nec legis dispositio
permittit. (F) Immo periculum exinde futurum imminens sentire potest ratione sperandae consolida-
tionis Dominus. Destituitur itaque alienatio a Va-
sallo suscep-
ta forma sua in legibus determinata, &
hinc per notoria juris actum constituit ipso iure nul-
lum, qui nullum ius, nullamque obligationem pro-
ducere potest. (G) Perspicitur ex hisce omnibus ad-
ductis, quod satis est, rationem prohibitae Vasallo alienationis sepe fundare in translatione feudi in alte-
rum, quae cum praeiudicio Domini coniuncta, vnde
& prono fluit alueo, omne negotium, per quod
ad translationem s. alienationem feudi perueniat, Va-
sallo in se considerato esse interdictum. (H)

§. XXXIV.

et agnato-
rum,

In feudo antiquo agnatis ius succedendi radica-
tum in feudo competit ex prima inuestitura, si a pri-
mo acquirente adquisitum. (§. XX.) Translato feudo in alterum, ius istud quaesitum illis interueritur,
quae facultas tamen antecessori non competit. (I)
Hinc agnatis suis alienando feudum infert praeiudi-
cium

(E) 2. F. 52. (F) 2. F. 12. Struu. Syntagm. iur. feud. c. 9,
aph. 1. (G) Cothmann. V. 2. R. 81. n. 22.

(H) Idem V. 2. R. 62. n. 23. (I) Idem V. 3. R. 18. n. 8,



cium, alienatio itaque feudorum in praeiudicium tendit agnatorum, hinc Vasallo etiam non est permissa. Agnati vero, cum illi gaudent iure quaesito & quidem reali in feudo, hinc iis etiam competant remedia ad ius acquirendum est necesse. (§. XXII.) Ius itaque illis competit feendum ut rem propriam vindicandi, hinc reuocandi. (K)

§. XXXV.

Simultanea inuestitura est translatio dominii et simulta-
vtilis eiusdem rei in plures sub qualitate feudali, qui-
que ea gaudet, simultanee audit inuestitus. Simul-
tanee inuestitis itaque dominium vtile, & hinc ius
reale in feudo competit propter pactum cum Do-
mino initum (§. XXI.) quod licet adhuc sit futurum,
tamen nemo ei in suum praeiudicium eripere pot-
est, Vasallus itaque in praeiudicium simultanee in-
uestitorum feendum siue sit nouum, s. antiquum alie-
nare nequit. (L)

SCHOL. Olim alienatio quidem fuit licita, 2. F. 9.
sed principia adducta, desumpta ex natura feudorum
& expressa legali dispositione corroborata, contrarium
fatis docent. v. de historia Thomas, de causis prohi-
bitae alienationis.

§. XXXVI.

Huic dispositioni iuris communis haud repugnant Appl. ad
leges patriae nostrae prouinciales. Vasallus enim actum patriam
in praeiudicium domini directi immo & agnatorum
& simultanee inuestitorum tendentem celebrare non
potest,

(K) vid. vherius selecta iurid. Rost. fasc. 3, p 60. et 61.

(L) 2. F. 8. 39. 52. 55. Struu, syntagma iur. feud. c. 13, th. 1.



potest, quocirca nec actus alienationis, quippe quo,
vti huc usque satis demonstratum, illis praeiudicium
infertur, ei est permisus. Feuda enim nostra Me-
gapolitana licet in subsidium aeri alieno sint obno-
xia, eadem tamen solennitates, quae de iure com-
muni requiruntur circa alienationem, quoque exi-
gunt, sicuti futura pertractatio pluribus adhuc docebit.

§. XXXVII.

Nisi 1) ac-
cedat con-
sensus Do-
mini,

Quae haec tenus de prohibita Vasallo alienatione
adduxi, in regula ita obtinet. Ad sunt tamen variae
exceptiones, vt & limitationes huius regulae, quae
propter cessantem rationem in hac vel illa specie feu-
dorum tam in respectu ad Dominum quam in rela-
tione ad agnatos & simultanei inuestitos non de iure
communi solum, sed etiam in applicatione ad pa-
triam probe manent considerandae, quas paucis ad-
huc addere instituti ratio postulat. Sic enim in re-
spectu ad Dominum dominium eius directum varia
quaedam iura circa feudum illi referuat. (§. XXII.)
quibus Vasallus feudum alienando eum priuare ne-
quit. (§. XXXIV.) Nil autem impedit, quo minus
Dominus ipse iuri sibi competenti suumque in fau-
orem obtinenti renuntiare possit (per princip, iurispr.
vniuersi.) Vndenam & prona consequentia conclu-
dere licet, consentiente Domino in alienatione feu-
dorum, nisi concurrat forsitan interesse agnatorum
& simultanei inuestitorum eam licite fieri posse a Va-
sallo, (M). Sicuti e contrario patet, consensu hoc
Domini

(M) 1. F. 5. §. 1. et 2. 2. F. 9. pr. 2. F. 52. pr. 55. Cothe-
manni V. 3. R. 23. n. 19.



Domini deficiente alienationem ipso iure nullam esse.
(N) Nec dubitandi ratio adaequata adest, quin & factis interuenientibus, modo sint sufficientia, hunc suum consensum declarare possit Dominus, ut exactio seruitiorum ex libera voluntate Domini a novo feudi Possessore facta exempli instar satis docet. Non autem sine ratione factorum sufficientium in antecedentibus a me facta est mentio, quia ex praesentia eius sola circa alienationem consensum eius tacitum non desumi posse haud sine ratione concludo. Assit enim mihi regula iurisprudentiae vniuersalis, quae per notoria consensum alterius tacitum ex sola praesentia & silentio haud admittit, nisi & tacens de necessitate loqui debuisset. (O) Nec simpliciter hic assentire possum celebrissimo alias & maximi nominis Icto Coccejo a me dissentienti (P), nisi forsitan singulares interuenientes circumstantiae in casu quodam specialiter determinato aliud suadeant. Non possum autem non, quin ex hac facultate Domini consentiendi in alienatione, & facultatem quoque dissentendi regulariter Domino competentem deducam. Hincque regulam pro principio in Iurisprudentia feudali assumendam, ponam, in quolibet feudo regulari & proprio in alienatione a Vasallo tentata Domino directo competere facultatem dissensum suum declarandi.

(N) Idem V. 2. R. 81. n. 7.

(O) arg. L. 8. §. 1. D. de procuratoribus.

(P) in disserit. de silentio §. 14.



§. XXXVIII.

et agnato- Non autem solius Domini praeiudicium, sed &
rum et si- agnatorum & simultanei inuestitorum in determi-
multanee nanda facultate alienandi Vasallo competente venit
inuestito- animaduertenda (§. XXXIII. & XXXIV.), eodem
rum modo enim sicuti Domino ius suum eripi non pot-
est a Vasallo, idem illud & in respectu ad agnatos si-
multanei inuestitos obtinet, qui tamen eadem ra-
tione renunciatione sua propria, & consensu in aliena-
tionem declarato alienationem Vasalli alias invalidam va-
lidam reddere posunt. Reuera enim, quia consentiens
idem illud vult cum altero, cui consensum suum dat
atque dicit, ipsi per indirectum fiunt alienantes, &
hinc dominium suum futurum ipsi quoque in alterum
transferunt, ergo & amittunt. Cessat itaque con-
sensu hoc declarato omne praeiudicium agnatorum
& simultanei inuestitorum, quod Vasallo alienatio-
nem impedit & interdicit, ita, ut hoc cessante, eo in
respectu Vasallo alienatio fiat permissa. (Q) Quae iden-
titas itaque rationis cum §. praecedenti & iustum mihi
suppeditat fundamentum concludendi, quod a facul-
tate agnatorum & simultanei inuestitorum, con-
sentendi, ad facultatem eorum dissentendi validum
fieri possit argumentum. Ius enim ex prima inuestitura
acquisitum illis inuitis interuertere potest nec vlti-
mus Possessor disponens nec dominus consentiens.
Vnde nam & eorum consensus, licet Dominus for-
san consenserit, nihilominus necessario requiritur (R)

&c

(Q) 2. F. 8. § 1. (R) 2. F. 39. Cothmann V. R. 57.
n. 22, et 75, n. 7.



& eo deficiente a reuocatione feudi alienati repellit
nequeunt. (S) Sicuti & idem illud, quod de tacito
Domini consensu in spho praecedenti adlatum, & de
sola praesentia ad consensum tacitum eliciendum non
sufficiente & hic applicari potest, non obstante, ex
meo quali quali iudicio, dissensu celeberrimi Cocceii
loco citato.


§. XXXIX.

Deficiente lege prouinciali regulam iuris com- Applic. ad
munis & in feudo attendendam esse, omnes mecum patriam,
consentient Icti. Iam autem lubens lubensque con-
fiteor, nullam me deprehendere in legibus nostris
prouincialibus dispositionem, qua Vasallo sine con-
sensu Domini directi & agnatorum feudum distra-
here & alienare permittitur. Non nego quidem per-
plures dissentientes, qui vno fere ore prouocant ad
Reuersales de anno 1572. §. 8., indeque corroborare
student sententiam suam contrariam. Sed nisi me
omnia forsitan fallant, & rite & secundum regulas
sanæ interpretationis explicato hoc articulo magis
corroboratur adducta mea sententia quam refelli-
tur. Liceat verba ipsa adducere: Zum achten wol-
len Wir hinsichtlich keinen von der Ritterschaft, der zur
Ablegung seiner Schulden, oder Wendung anderer
obliegenden Noth sein alt Stamm-Lehn, so nicht auf
den äussersten Fall der Anwartung oder Eröffnung
stunde, verpfänden, versetzen, oder auch zum Leib-Geding
vermachen wolle, Unsfern consens und Willbrief nicht
wegern, doch daß dasselbe den nächsten agnaten ange-

E 2

boten

(S) Selecta iurid. Rost, fasc. 3, p. 64. n. 34.



hoten werde. Nil enim hisce in verbis serenissimi regnantes glor. mem. tanquam Domini directi & clementissimi legislatores a regula juris communis feudalis remiserunt, nisi quod in casu extremae necessitatis ob vrgens scilicet aes alienum consensum debito modo petitum & requisitum haud recusare vellet, quam tamen remissionem secundum principia supra adducta (Spho XIIIX.) restrictive interpretandam esse & hinc nec a casu excepto ad casum non exceptum extendendam, merito iudico. Et corroborat me eo magis in hac mea explicatione huius legis prouincialis consensus alias valde dissentientis Icti patrii Cothmanni (T) nec non ad interpretationem allegare licitum proiectum des Meckl. Lehn. Rechts (U). Qui enim promittit, se consensum suum haud denegaturum esse, ille minime gentium sine consensu suo aliquid fieri posse, concedit. Vnde nec perspicere me posse libens lubensque confiteor, quare in alienatione feudorum Megapolensium non necessarius sit consensus Serenissimi Domini directi, qui alias in regula iuriscommunis feudalis absolute est necessarius. Ut taceam, quod in allegato Spho Reversalium sermo solummodo sit de oppignoratione et specificie determinata specie alienationis per expressa verba verpfänden, verfeszen, oder auch zum Leib Gedinge vermachen. Vnde per principia supra adducta (§. XVII.) a minori ad maius ab vna specie ad aliam in exceptione a regula minime valeat argumentum. Immo nil magis in explicando hoc Spho fanae

(T) Vol. 3, R. 18. n. 1. (V) tit. 20. art. 14.

fanae rationi conueniens merito iudico, quam quod ille, cuius permisso requiritur, certior antea fieret de causis mouentibus, quare eiusmodi permisso sit concedenda. Non possum itaque non, quin regulam ex adductis adducam vniuersalem, alienationem feudorum domesticorum siue sit necessaria siue voluntaria, esse illicitam, nisi consensus Domini directi sit requisitus et declaratus. Lege enim non distinguentur, nec interpretis est distingure, et §. 8. alienationis solummodo necessariae facit mentionem, unde magis, nisi verba legis esse debeant otiosa, idem illud obtinere debet in alienatione voluntaria. Nec in contrarium me trahere potest obiectio vulgariter mota a singulari natura feudorum domesticorum et impropriate eorum, si modo rite perperdantur, quae dicta sunt, in (§. XIX.)

§. XL.

Idem etiam obtinet circa alienationem feudi intuitu Megapolitani intuitu agnatorum. Cum enim et agnati agnatis in patria ius competit protimiseos, quod testrum effantur verba art. 8. cit. vbi verba: *Doch das dasselbe rum que zuvor dem nächsten Algnaten angeboten werde, et feuer interest,* dum alienatum ex capite delatae successionis reuocandi facultas iis sit concessa, uti in celeberrima facultate iuridica Rostoch. est pronunciarum (X), sequitur, vt alienatio sine eorum consensu facta nullum effectum perpetuum conciliat. Quod adducta verba in art. 8. testantur. Immo licet vrgens sit necessitas ob aes alienum feudum alienandi, ius ta-

E 3 men

(X) conf. Illustris Mantzelii Jur. Mecklenburg. Cent. I. Iud. 79.

men reuocandi illis interuerti nequit. (Y) Hinc agnatorum consensus utique requiratur est necesse, qui tamen quidem ob naturam feudorum Megapolitanorum ad declarandum consensum non praecise sunt obligati, sed tenentur solummodo secundum vires feudi Creditoribus soluere, quibus non feudum, sed aestimatio feudi debetur. (Z) Feuda enim Megapolitana aes alienum contrahere concedunt, quantum feudi permittrunt. Denuntiari itaque et offerri debet agnatis ob ius protimiseos illis competens, feendum alienandum, utrum ipsi emere an in venditionem consentire vellent. Non subsecuta vero declaratione, pro consentientibus habentur, tunc enim ad loquendum fuerunt obligati, hinc eorum silentio damnnum sibimetipsi illatum sentire non videntur. (AA) Intra quantum temporis vero declaratio fieri debeat, si ex lege uel confuetudine certitudinem non habeat, arbitrio iudicis relinquitur, qui pro ratione circumstantiarum tempus determinare debet. Multo magis adhuc in alienatione judiciali pro consentientibus non subsecuta scil. declaratione, habentur, (BB) quare etiam reuocatio ex capite delatae successionis sententia distributoria facta, illis porro denegatur, ut pronuntiatum in illustri facultate iurid. Rost. (CC)

§. XLI.

(Y) v. praieuidicium in select. Iurid. Rost. fasc. I. p. 301.

(Z) Meinius P. 3. D. 136.

(AA) Engelbrecht de sing. iur. feud. Megap. S. 2. §. 18.

(BB) conf. huius civitatis confulis meritissimi D. Befelin de resolutione feudi oppignorati C. 4. §. 15.

(CC) v. cit. Mantzelius I. c. Cent. 2. Iud. 78. conf. Pötckeri Samml. Meckl. Urkunden p. 56.



§. XLI.

Nec obstat obiectio ab oppignoratione Vasallo
in patria nostra licita desumpta, a qua ad licitam alie- Ne obstat
nationem concludunt. Quoad primum aliorum dis- feuda no-
quisitioni relinquo cum nec istam Vasallo sine gnorai- stra oppi-
consensu domini esse licitam, facile afferere pos- posse.
sem. Lex enim prouincialis adducta exigit, vt con-
fensus requiratur, quem tamen in casu extremae ne-
cessitatis denegare non vult Dominus directus, cui
asserto etiam ICti patrii subscribunt. (DD) Prae-
terea conclusio isthaec principiis contradicit logicis,
quae conclusionem a minori ad maius legitimam
non adgnoscunt, quod et multo magis per naturam
feudorum corroboratur, cui praetensta haec illimitata
facultas oppignorandi tribui non potest, licet etiam
forsitan probari possit, quod tamen huc vsque in lege
contrarium est, hincque restrictive interpretari deberet,
ita, vt exinde facultas alienandi non possit deduci.

§. XXXII.

Immo & alia quaedam obiectio a natura feudo- Nec obstat
rum nostrorum desumpta sententiae antea adductae feuda no-
obstare videtur. Haud enim negari potest, quia istra esse
feuda, quae a natura feudorum communi ratione mixtim he-
modi succedendi recedunt, mixtim hereditaria di- reditaria,
cuntur (§. XVII.) & nostra Megapolitana feuda suc-
cessores ad aes alienum soluendum adstringunt, ea
quoque mixtim hereditaria esse (§. XIIIX.) Fluere
exinde videtur conclusio, quod & alienatio feudo-
rum

(DD) Cothmann V. 3. R. 18. n. 1. Meu. P. 7. D. 105. n. 1.
Tornou. de feudi. Megap. S. I. p. 443. er 444.



rum Megapolensium & sine consensu Domini & sine consensu agnatorum fieri possit. Defendit hanc sententiam celeberrimus Engelbrecht, & ni fallar, quoque Tornovius, quorum vterque ad Gothmannum iureconsultum patrium prouocat. (EE) Concesso enim vno, quod debita scilicet ex iis sint soluenda, concessum etiam alterum contendunt esse, alienationem scil. Vasallis licitam. Non possum autem non, quin hac de conclusione valde dubitem. Non enim perspicio fundamentum, quare exinde, quia feuda nostra Megapolitana certo quodam respectu sunt mixtim hereditaria, & debitis obnoxia, quae successor exsoluere debet, statim sequi debeat, & facultas alienandi Vasallis licita. Ut enim taceam, qualitatem hanc, vi cuius feuda debitis obnoxia sunt subsidiariam solum esse, & hinc in subsidium solummodo quoque, licet etiam conclusio a citatis Doctoribus facta sit admittenda, alienationem esse permittendam, & principia quoque supra iam saepius adducta satis docent, ab vno contra naturam feudorum concesso ad alterum non valere consequentiam. (§. XIV.) Quod enim ad consensum Domini attinet, exinde, quia Dominus directus clementissime permiserit, se casu aperturae existente debita velle, exsoluere & agnoscerre, nondum satis mihi sequitur, vt etiam sine eius consensu alienatio fieri possit. Aut enim priuata alienatione feudum in alterum transferre vult Vasillus, aut publica ac iudiciali autoritate hoc fieri debet, moto concursu Creditorum. Priori in

(EE) Tornou. Tract. cit, P. I. p. 176. Engelbrecht cit, disl. p. 38.

In casu quotidiana praxis satis docet, consensum Serenissimi Domini directi absolute esse necessarium, qui mediante confirmatione contractus initi & noua subsecuta inuestitura semper declaratur. Posteriori autem in casu clausulae sententiis distributionum adiectae, daß die Creditores sich um einen Lehnsfähigen Käufer umzusehen haben, qui postea consensum Domini impetrare debet, necessitatem consensus Domini directi in alienationem feudorum, per se iam docent. Immo, quod adhuc magis est, corroboratur haec mea sententia per expressa verba Reuersalium de anno 1621. & 31., vbi in casu aperturæ imminentis certa quaedam solummodo debita agnoscere promittit Serenissimus Regnans, iuncta re, solutione ad gratiam 8. sub classe 6. Si enim nequidem ad debita simpliciter adgnoscenda obligatus maneat Dominus directus, multo minus alienationem a Vasallo factam sine suo eonsenu agnoscere tenetur. Et quod denique ad agnatos attinet, ex obligatione ad debita adgnoscenda minime gentium concludi potest ad alienationem factam quoque adgnoscendam, vti in Spho praeced. iam antea dictum est, et praeterea pluribus, quod satis est, corroboratur ex Spho 40. Sicuti et addi merentur verba responsi in selectis iuridicis Rostochiensibus obuia. (FF)

§. XLIII.

Naturalia feudi in dubio praesumuntur. (§. XIII.) Nisi 2) feudum sit aliud
Ad naturalia feudi pertinet denegatio liberae facul-
tatis enabile.

F

(FF) Selecta iurid. Rostoch. fasc. 3. p. 60. n. 4. et 5.



tatis alienandi. (§. cit.) Hinc in regula feudorum communi ista alienari nequeunt. Possunt tamen naturalia per pacta inuestiturae adiecta mutari, (§. XII.) feudum in quo concessa est facultas libere alienandi, dicitur alienabile, (§. XIV.) hinc necessario sequitur feudum alienabile absque consensu Domini et eorum, quorum interest, a Vasallo alienari posse. Cum vero priuilegia sint strictae interpretationis, nec isthaec facultas in feudo alienabili ad alienationem per ultimam voluntatem extendi potest, cum consensus ultra expressa non est extendendus.

§. XLIV.

nisi 3) feu. Feudum mere hereditarium etiam ratione dispositionis naturam habet allodii (§. XVII.) Allo-dium in pleno alicuius est dominio. (per notor.) Quicquid in pleno meo est dominio, de eo pro lubitu disponere possum. (§. II.) Atqui feudum mere hereditarium ratione dispositionis in pleno meo est dominio, hinc etiam de eo pro lubitu disponere possum. Alienatio est species dispositionis. A genere ad speciem valet consequentia. Ergo feudum mere hereditarium pro lubitu alienari potest. i. e. fine requisito consensu. Heredes successores succedunt in ius allodiale, per consequens sunt successores vniuersales, hinc facta antecessoris praestare tenentur. Ergo nullum ius porro facta alienatione in eo habent, feudum itaque alienatum reuocare nequeunt. Cum vero natura feudorum secum ferat, vt domino praestetur fidelitas, necesse est, vt ad Domini dire-



directi perveniat notitiam, a quo fidelitatem exi-
gere possit.

§. XLV.

Actus, qui non tendit in praeiudicium Domini nisi 4) fiat directi et eorum, quorum interest, Vasallo est per- in proximissus. (§. XXII.) Ratio prohibitae alienationis ni- um sue- titur praeiudicio, quod illis actu alienationis inferre cessorem, tur. Cessante Legis ratione, cessat legis dispositio. Cessante itaque praeiudicio, cessare etiam debet prohibiti alienationis. Atqui in alienatione, quae fit in proxime successorum nemini infertur praeiudicium, sed potius est refutatio, quae supra licita est demonstrata. Hinc etiam alienatio in proxime successorum licita sit est necesse, (GG) hinc etiam nullius requiritur consensus.

§. XLVI.

Secundum ius commune feudi alienationem haud esse permittam, supra satis est adductum. Cum Nisi 5) Lex prouin. c. vero quisque superior in prouincia facultate leges alienatio- ferendi prouinciae suae vtiles gaudeat, et lex pro- nem per- vincialis deroget communi in prouincia, qua ista est mittat, lata, sequitur, vt in prouincia, qua per legem pro- vincialem alienatio feudorum est permitta, ista Va- sallo libera esse debeat. Exempla varia adsunt, v. c. in Lusatia, (HH)

F 2

§. XLVII.

(GG) 2, F. 3. §. 1, Cothmann V. 3, R. II, n. 7, R. 12, n. 13,
Meu. P. 3, D. 247.

(HH) Thomas, de feudo alienabili. Wolff elem, iur, feud,
c. 13. §. 56.

nisi 6) feu-
dum sit no-
vum.

In feudo novo alienando alienans est ipse acquirens, et in eo nemini nisi descendantibus ius competit succedendi, (§. XIX.) hinc per successionem agnati nondum acquisuerunt ius quaeſitum in feudo, per consequens alienatio in eorum non tendit praeiudicium. Eorum itaque consensus, cesseſtate ratione, non requiritur in alienatione. Descendentes vero sunt successores vniuersales, qui facta adgnoscere tenentur antecessoris, horum itaque consensus pariter non est necessarius. Vasallus vero alienans in praeiudicium Domini directi agit ob ius caſu aperiturae existente illi competens, hinc solummodo ipſius non agnatorum requiritur consensus, hinc etiam nec iſti feudi alienatum reuocare possunt. Si vero adſunt ſimultanee inuestiti, eorum quoque requiratur consensus, eſt neceſſe, propter ius illis quaeſitum ex inuestitura.

nisi 7) feu-
dum sit
pacto anti-
uum.

Feudum pacto antiquum conſeſſum, eſt re-
uera nouum, quod tamen per pactum inter Domi-
num & Vasallum ſancitum naturam antiqui accepit.
(§. XIX.) Sublato itaque pacto, quo feudum no-
uuum iure antiqui conſeſſum, feudum fit iterum
nouum. In feudo novo agnati non habent ius
quaeſitum ſuccedendi, hinc alienatio feudi iure an-
tiqui conſeſſi in praeiudicium non tendit agnatorum,
per consequens nec eorum neceſſarius eſt consensus.
Praeterea nec agnatorum ius quaeſitum in feudo tali
nitiſſit in ſucceſſione per prium acquirentem ad
eos

eos deuoluta & confirmata , per pactum vero inter
Dominum & Vasallum celebratum ius quaeſitum
non obtinuerunt, hinc ceſſante pacto , iis ius quaeſitum
non interiuertitur , hinc per alienationem iis
non infertur praeiudicium , conſensus itaque eorum
in alienatione non eſt neceſſarius.

§. XLIX.

In feudo iure antiqui concesso agnatos iam statutum ius quaeſitum habere , minime diffiteor. Sed antiqui iſtud etiam in respectu ad primum acquirentem ſeſe conſellum , extendere non concedo. Fateor euidem , Domini directum ius agnatorum , ſi ſuccesſio ad eos perueniat , adimere non poſſe , & eos ad ſuccesſionem peruenire debere , non vero concedo , primum acquirentem etiam circa alienationem talis feudorum conſenſum requirere teneri. Solummodo ad patriam noſtram explicationem facere liceat. In patria noſtra feuda titulo oneroſo acquisita lege antiqua cenſentur , & nihilominus primus acquirens ſine conſenſu agnatorum feudum ſuum emtum alienare poſteſt , modo accedat Domini directi conſenſus. Difſentit quidem Tornouius (11) tribuens agnatis ad quartum ſcilicet uſque gradum in tali feudo nouo ius quaeſitum , quod illis adimi non poſſet , atque ob ius protimifeos illis competens , & ex capite delatae ſuccesionis feudum ſine eorum conſenſu alienatum reuocandi facultatem illis eſſe concedendam aſſerens , ſed ipſius ſententiae non ſubſcribere poſſum. Reuersales de 1621 , & 30. ſolummodo dicunt , feuda noua

F 3

(II) cit. truct. P. I. p. 182. et 263.

noua titulo oneroſo acquiſita iure antiqui *effe* con-
ceſſa in reſpectu ad Dominum directum, iſte enim
vi huius legis agnatis ad ſucessionem admittere te-
neſtur, non vero agnatis in reſpectu ad acquirentem
ius competit, niſi iſte in voluntate perſeuerans per
ſucessionem illis deferat ius quaefitum. Alias enim
priſti acquirentis facultas de feudo diſponendi eſſet
reſtricta, qua illi inferretur maximum praeiudicium.
Lex enim ſolummodo ad fauorem venditoris reſpi-
cit (KK) non vero praeiudicium emtoris. Optime
mea ex ſententia Tornovii argumenſa valde vacil-
lantia refutauit Celeberriſimus quondam Aſſessor tri-
bunalis Wismarienſis illuſtris Dominus Schuckmann
(LL), ad quem in alleganda probatione beneuolum
Lectorem merito remitto.

§. L.

Et haec ſunt, beneuole Lector, quae de aliena-
tione feudorum in praefenti proferre, tempus per-
mitiſit. Tuo relinquio iudicio, an ſententia mea ſit
fundata nec ne. Tibi vero ſummo in coelis Numinis
gratias perſoluo deuotifimmas pro praefito auxilio.
Aſſistas & ſecundes etiam porro clementiſime cona-
minibus meis & ſtudiis, humillime rogo, veneror,
imploro.

(KK) Lindemann de feudis §. 50.

(LL) in reſponſo quodam inſerto dem Pökeriſchen Samml.
Meckl. Urk. P. 2. p. 33.

T A N T V M .

HONO-

HONORATISSIME
ATQVE DOCTISSIME
DOMINE
MECKLENBURG.
FAVTOR ATQVE AMICE
COLENDISSIONE;

Exhibuisti mihi praesentem TVAM dissertationem proprio marte, fauenteque minerua elaboratam. Perlegi eam, & licet non in omnibus Tecum sentiam, nil tamen monere malui, vt eo potiori ratione Tuum possit cum veritate vocari specimen. Tesseram in eo eleborando dedisti sufficientem, quamnam industria, quoniamque indefessò studio litteris hac nostra in musarum sede incubueris. Testantur idem illud iomnes, qui TE noscunt, quorumque manuductioni in excolendis studiis TE dedisti. Honori mihi duco, AMICE SVAVISSIME, TE inter auditores meos me numerare posse. Nam merito & iuste TIBI gratulor profectus, sedula ac indefessa litterarum cura adquisitos: gratulor existimationem optimam, bonis TVIS moribus hac nostra in academia promeritam: gratulor TIBI denique feliciter exantlatos hosce TVOS labores, quibus primum specimen TVAE eruditionis publici iuris facis. Non quidem plene exhaustam haec TVA pertractatio, alias solidissima, sistit materiam electam, sed quod satis est tamen docet, TE optime tempus impendisse curriculo academico destinatum,
& quod

& quod maxime laudandum merito iudico , haut contentum communi scientia , turpe quoque iudicasse I Cto patrio , ius in quo viuit ignorare . Abi itaque feliciter in patriam debitis exornatus laudibus , redi ad T V O S , & perge in exteris academiis largam messem colligere eruditionis , & exspectabunt TE iterum reducem promeriti quoque honores , & quaelibet fausta atque felicia , quae diuina fauente gratia haut & numquam deficiunt illis , qui similem Tecum indefessam ac sobriam in studiis colendis exhibent curam . Ut autem & A M I C E S V A V I S - S I M E , T V A M erga me conferuare benevolentiam , & absens quoque in posterura fauori T V O memet commendatum habere velis , enixe rogo . Me vicissim promptum semper paratisimumque habebis ad quaelibet possibilia officiorum genera praefanda .
Dab. Rostoch. d. 12. Jun. 1752.

H. Becker , Dr.
Præf.



Rostock, Diss., 1751-54

ULB Halle
004 087 607




3

f

56.





SPECIMEN ACADEMICVM,
DE FACVLTATE ALIENANDI
VDA VASALLIS
LICITA AVT NON
DISSERIT

1752, 4.

QVOD QVE
LIANTE DEO TER OPTIMO TER QVE MAXIMO,
RECTORE,
ACADEMIÆ MECKLENBURGICÆ,
MAGNIFICENTISSIMO,
RENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
MINO FRIDERICO,
DVCE AC PRINCIPE
HEREDITARIO MECKLENBURGICO,
CIPPE VANDALORVM, SVERINI ET RAZEBVRGI,
COMITE ITEM SVERINensi,
TERRAVM ROSTOCHII ET STARGARDIAE
DOMINO,
PRINCIPE AC DOMINO
PRO LONGE CLEMENTISSIMO,
SENTIENTE ICTORVM ORDINE
PRAESIDE
CONSULTISSIMO, EXCELLENTISSIMO
HNO HERMANNO BECKERO

I. V. D. PROF. PVBL. ORD.
VSTRIS FACVLTATIS IVRIDICAE P. T. DECANO
DIE XIV. IVNII MDCCCLII.
H. L. Q. C.

ERVDITORVM EXAMINI SVBJICET
OLPHVS PHILIPPVS MECKLENBURG,
BOITZENBURGO MEGAPOLITANVS
I. U. C.

ROSTOCHII,
I. I. ADLERI, SEREN, DV CIS AVL. & ACAD. TYPOG.

KENRIE
UNIVERS.
ZV HALLE.